

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

flictis clementer errata di
mittit. Et pro ingressu uitae
caelestis tota mentis inten
tione feruentes. aeternae
suae uisionis luce refecti.
IHC XPC DNS NR. qui uiuit
et regnat cum patre in uni
tate sps sci ds. per omnia
saecula saeculorum amen.

QUOD
DIE

SCOPA

SCHAE

LEC. SCI. EV. SEC. MARCV.

IN illo temp. **M**aria
magdalenae. et maria iaco
bi et salomae. Ab euntibus
emerunt aromata. ut ueni
entes unguerent IHC.
Et ualde mane una sabba
torum. ueniunt ad monu
mentum. orto iam sole.
& reliqua.

OMEMIA BEATI
GREGORII PAPAE
LECTIONIS CISO.

VLT IS V OBIS

LECTIONIBUS FRIS
kmi. per dictatum loqui

consueui. sed quia lassescen-
 te stomacho. ea quae dicta
 uero legere ipse non possu-
 quosdam uirum minus liben-
 ter audientes intueor.
 Unde nunc a memet ipso exi-
 gere contra morem uolo.
 ut inter sacra missarum sol-
 lennia. lectiones sc̄i euange-
 lii. non dictando sed collo-
 quendo edisseram. Sicq. ex-
 cipiantur ut loquimur.
 Quia colloctionis uox. corda
 torpentia. plusquam sermo
 lectionis excitat. et quasi
 quadam manu sollicitudinis
 ut euigilent pulsat. Et
 quidem ad hoc opus me suf-
 ficere posse non uideo. sed
 tamen iures. quas impertita
 denegat. caritas ministrat.
 Scio namq. quid dixit. aperi-
 ostuum. et ego adimple-
 bo illud. Bonum ergo opus

nobis inuoluntate sit. Nam
 ex diuino aduutorio erit in-
 perfectione. Quat loquen-
 di ausum & iam resurrecti-
 onis dominicae tanta sol-
 lemnitas. Quia et indignū
 ualde est. ut eo die lau-
 des debitas taceat lingua
 carnis. quo uicelicet die
 caro resurrexit auctoris.
 Audistis fratres km̄i quod
 sc̄ae mulieres quae dnm̄
 fuerant se uitae. cum aro-
 matibus ad monumentum
 uenerunt. et ei quem uiuen-
 tem dilexerant. & iam mor-
 tuo studio humanitatis
 obsecuntur. Sed res gesta
 aliquid in sc̄a ecclesia signat
 gerendum. Sic quippe
 necesse est ut audiamus
 quae facta sunt. quatenus
 cogitemus & iam quae no-
 bis sunt ex eorum imitatio

ne facienda. Et nos ergo
in eo qui est mortuus cre-
dentes. si odore uirtutum
referti cum opinione bono-
rum ^{operum} dñm quaerimus. ad
monumentum pfecto illi
us cum aromatibus ueni-
mus. Illae aut mulieres
angelos uident quae cum
aromatibus uenerunt. qui
a uidelicet illae mentes su-
pernos ciues aspiciunt. que
cum uirtutum odoribus
ad dñm per sc̄a desideria
proficiscuntur. Notan-
dum uero nobis est. quid-
nam sit quod in dextris se-
dere angelus cernitur.
Quidnamq. per sinistram.
nisi uita praesens. quid ue-
ro per dexteram. nisi perpe-
tua uita signatur. Unde
scriptum est. Leua eius
sub capite meo. et dextera

illius amplexabitur me.
Quia igitur redemptor nr̄. iā
praesentis uitae corruptio-
nem transierat. recte ange-
lus qui nuntiare perenne
eius uitam uenerat. In dexte-
ra sedebat. Qui stola candi-
da coopertus apparuit. qui
a festiuitatis nr̄ae gaudia
nunciauit. Candor enim
uestis. splendorem nr̄ae de-
nunciat sollemnitatis.
Nr̄ae dicamus. An suae.
Sed ut fateamur uerius. et sic
dicamus et nr̄ae. Illa quip-
pe redemptoris nr̄i resurre-
ctio. et nr̄a festiuitas fuit.
quia nos ad immortalitatem
reduxit. et angelorum festi-
uitas extitit. quia nos reuo-
cando ad caelestia. eorum
numerum impleuit. In sua
ergo a nr̄a festiuitate an-
gelus in albis uestibus appa-

ruit. quoadum nos per re-
 surrectionem dominicam
 ad superna reducimur. cae-
 lestis patriae damna repa-
 rantur. Sed quid uenien-
 tes faeminas affatur audia-
 mus. Nolite expauescere.
 Ac si aperte dicat. Paueant
 illi qui non amant aduentū
 supernorum ciuium. perti-
 mescant qui carnalibus de-
 sideriis pressi. ad eorum se-
 societatem pertingere pos-
 se desperant. Uos autē
 cur pertimescitis. quae uos
 conciuēs uidetis. Unde
 & matheus angelum appa-
 ruisse describens ait. Erat
 aspectus eius sicut fulgur.
 et uestimenta eius candida
 sicut nix. In fulgure & enī
 terror timoris est. In nibe
 autē. blandimentum can-
 doris. Quia uero omps dr̄.

et terribilis est peccatoribus.
 et blandus iustis. recte testis
 resurrectionis eius angelus
 & in fulgure uultus. et in can-
 dore habitus demonstratur.
 ut de ipsa sua specie. & ter-
 rere & reprobos. et mulcere
 pios. Unde recte quoque
 populum per desertā gra-
 dientem columna ignis in
 nocte. et columna nubis
 praebat indie. In igne &
 enim terror est. In nube autē.
 uisionis lenae blandimentū.
 Dies uero uita iusti. et nox
 accipitur uita peccatoris.
 Unde et conuersis peccatori-
 bus paulus dicit. Fuistis
 aliquando tenebrae. nunc
 autē lux in dño. Indie ergo
 per nubem columna mon-
 strata est. et in nocte per
 ignem. quia omnipotens
 dr̄. et blandus iustis. & ter-

ribilis apparebit iniustis.
Istos in iudicio ueniens per le-
nitatis mansuetudinem de-
mulcet. illos uero per iusti-
ciae distractionem terret.
Sed iam quid angelus sub-
iungat audiamus. **I**h̄m
quaeritis nazarenum. **I**h̄c
latino eloquio. salutaris.
id est saluator interpretat̄.
At uero multi tunc ih̄u dici
poterant. non tamen speci-
aliter. sed nuncupatiue.
Ideo et locus subiungitur.
ut de quo ih̄u dictum sit.
manifestetur. **N**azarenū.
Et causam protinus subdidit.
Crucifixum. **A**tq. addidit.
resurrexit. non est hic.
Non est hic dicitur per prae-
sentiam carnis. qui tamen
nusquam de erat per prae-
sentiam maiestatis. **S**ed
ite dicite discipulis eius. &

et petro. quia praecedit uos
in galileam. **Q**uaerendū
nobis est. cur nominatis di-
scipulis. petrus designatur
ex nomine; sed si hunc ange-
lus nominatim non expri-
meret. qui magistrum ne-
gauerat. uenire inter disci-
pulos non auderet. **U**ocatur
ergo ex nomine. ne desperare
ex negatione. **Q**ua in re con-
siderandum nobis est. cur
om̄ps d̄s. cum quem cunctae
ecclesiae praeferre disposu-
erat. ancillae uocem perti-
mescere. et se ipsum negare
permisit. **Q**uod nimirum
magnae actum esse pieta-
tis dispensatione cognoscim̄.
ut is qui futurus erat pastor
ecclesiae. in sua culpa disce-
ret. qualiter alius misereri
debuisset. **P**rius itaq. cum
ostendit sibi. & tunc praepo-

sunt ceteris. Ut ex sua infirmitate cognosceret. quam misericorditer aliena infirma toleraret. Bene autem de redemptore nostro dicitur. praecedit uos in galileam. ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. Galileana namque transmigratione facta interpretatur. Nam quippe redemptor noster a passione ad resurrectionem. a morte ad uitam. a poena ad gloriam. a corruptione ad incorruptionem transmigrauerat. Et prius post resurrectionem in galilea a discipulis uidetur. quia resurrectionis eius gloriam postea uidebimus. si modo a uitis ad uirtutum celsitudinem transmigramus. Qui ergo in sepulcro nuntiatur. in transmigratione ostendit. quia is qui mortificatione

carnis agnoscitur. in transmigratione mentis uidetur. Haec fratres karissimi. protantadie sollemnitate. de lectionis euangelicae expositione transcurramus. sed libet ut de hac eadem sollemnitate aliquid subtilius loquamur. Quae etenim uitae erant. quarum unam nouimus. Alteram nesciebamus. Una quippe mortalis est. Alia immortalis. Una corruptionis. Alia incorruptionis. Una mortis. Alia resurrectionis. Sed uenit mediator dei et hominum homo christus ihesus. suscepit unam. et ostendit alteram. Unam pertulit moriendo. ostendit alteram resurgendo. Si igitur nobis mortalem uitam scientibus resurrectionem promitteret carnis. & tamen

III.

hanc uisibiliter non exhibe-
ret. quis eius pmissionibus
credere. Factus itaq. ho-
mo apparuit in carne. mori
dignatus est ex uoluntate.
resurrexit ex potestate. &
ostendit exemplo. quod
nobis pmissit in praemio;
Sed fortasse aliquis dicat.
Iure ille surrexit. qui cum
dñs esset. teneri morte non
potuit. Ad instruendam
ergo ignorantiam nr̄am.
Ad roborandam infirmita-
tem nr̄am. suae resurrecti-
onis exemplum nobis suf-
ficere noluit. Solus illo
in tempore mortuus est. &
tamen solus minime surrex̄;
Nam scriptum est. Multa
corpora sc̄orum qui dormi-
erant surrexerunt. Ablata
ergo sunt omnia argumen-
ta pfidiae. Ne quis enim

dicat. sperare dese. non debet
homo. quod in carne sua ex-
hibuit homo dñs. Ecce cum
dō homines resurrexissent
cognoscimus. & quos pueros
fuisse homines non dubita-
mus. Si igitur membrum
redemptoris sumus. praesu-
mamus in nobis. quod gestū
constat in capite. Simultū
nos abicimus. sperare debe-
mus in nobis. nos membra ul-
tima quod de membris eius
superiorib. audimus. Ecce
uero ad memoriam redit.
quod crucifixo dñi filio. iudei
insultantes dicebant. si rex
israhel est. descendat de
cruce et credimus ei. Quis
tunc de cruce descenderet
nimirum insultantibus cae-
dens. uirtutem nobis paci-
entiae non demonstrare.
Sed expectauit paulolum.

tolerauit probra. Irrisiones
 sustinuit. seruauit patienti
 am. distulit admirationem.
 Et qui de cruce descendere no
 luit. de sepulcro surrexit.
 Plus igitur fuit de sepulcro
 surgere. quam de cruce des
 cendere. Plus fuit mortem
 resurgendo destruere. qua
 uitam descendendo seruare.
 Sed cum iudaei hunc ad insul
 tationes suas de cruce descen
 dere. minime cernerent. cu
 morientem uiderent. eum se
 uicisse crediderunt. Nomen
 illius se quasi extinxisse ga
 uisi sunt. Sed ecce de morte
 nomen eius per mundum cre
 uit. ex qua hunc infidelis tur
 ba extinxisse se credidit.
 & quae gaudebat occisum
 dolere mortuum. quia hunc
 ad suam gloriam cognoscit
 peruenisse per poenam.

Quod bene in libro iudicum
 samson illius facta significant.
 Qui cum gazam ciuitatem phi
 listinorum fuisset ingressus.
 philisteri ingressum eius pri
 nus cognoscentes. ciuitatem
 repente obsidionibus circū
 dederunt. custodes deputa
 uerunt. et samson fortissimū
 se iam comprehendisse gau
 si sunt. sed quid samson fecit
 agnouimus. Media nocte
 portas ciuitatis abstulit.
 et montis uerticem ascen
 dit. Quem fratres karissi
 mi hoc in facto. quem. nisi
 redemptorem nr̄m samson
 ille significat. Quid gaza
 ciuitas nisi infernum desi
 gnat. quid per philisteos.
 nisi iudaeorum perfidia de
 monstratur. Qui cum mor
 tuum dñm uiderent. eiusq.
 corpus in sepulcro iam positū.

Custodes ilico deputauerunt;
et eum qui auctor uitae cla-
ruerat. inferni claustris re-
tentum uiderunt quasi sam-
son ingaza. se deprehendis-
se laetati sunt. Samson ue-
ro nocte media. non solum
exiit. sed etiam porta tulit.
Quia uidelicet redemptor
nr̄ ante lucem resurgens.
non solum liber de inferno
exiit. sed & etiam ipsa infer-
ni claustra destruxit. Por-
ta tulit. et montis uertice
subit. quia resurgendo cla-
ustra inferni abstulit. & as-
cendendo caelorum regna
penetrauit. Hanc ergo re-
surrectionis eius gloriam
fr̄ km̄. quae & prius de-
monstrabatur ex signo. &
post patuit ex facto. tota-
mente diligamus. peius amo-
re moriamur. Ecce In re-

surrectione auctoris nr̄. mi-
nistros eius angelos concives
nr̄os agnouimus. Ad horum
ergo ciuium illam frequen-
tem sollempnitatem festine-
mus. his cum necdum uisi-
one possumus. desiderio &
mente iungamur. Transmi-
gremus ad uirtutes autis.
ut redemptorem nr̄m inga-
lilea uidere mereamur.
Adiuuat omps d̄s ad uitam
desiderium nr̄m. qui pro nobis
in mortem dedit unicum fi-
lium suum. Per eundem
Ihm̄ xpm̄ dnm̄ nr̄m qui cum
eo uiuit & regnat d̄s in uni-
tate sp̄s sc̄i. per om̄a sc̄la
saeculorum Amen.

FERIA SECUNDA

**LECTIO SCI EUANGELII
SECUNDUM LUCAM.**